HIERONYMUS
Salzburg, Ende 11. Jh.
Seite 29r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26080
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Viuebat adhuc bersabee. superat abigail. et reliquę uxores. & concubi
ne quas scriptura cōmemorat. Omis quasi frigidę repudiantur. et inuni
tantū adulescentulę grandeuus calescat amplexib. Abrahā multo da
uid senior fuit. et tamen uiuente sara. aliā non quesiuit uxorē. Isaac
duplices dauid annos habuit. et cū rebecca iā uetula nūquā refriuit.
Taceo de priorib. ante diluuiū uiris qui post annos nongentos. non
dico senilib. s. pene iā cariosis artub. cariosis nequaquā puellares questuere
cōplexus. Certe moyses dux israheltica ppli. c. xx annos habebat. et
sephorā non mutauit uxorē. Quę ē g. sinamitis uxor et uirgo. tam
feruentis ut frigidū calefaceret. tā sēā. ut calentē adlibidinē n. pu
caret. Exponit sapientissim salomon patris sui delicias. et pacifica
bellatoris uiri narrat amplexus. Posside sapientiā. posside intellegentiā
ne obliuiscaris. et ne declinaueris de uerbis oris mei. ne dereliquerit
te. tadphendet te. ama illā. et seruabit te. Principiū sapientię. pos
side sapientiā. in omni possessione tua. posside intellegentiā. Circūdabit
illā. et exaltabit te. honora illā. et amplexabitur te. ut det capiti tuo gratiā
coronā. corona qq. deliciarū pteget te. Omis pene uirtutes corpo
ris mutant in senib. et crescente sola sapientia decrescēt cętera. iaiunia.
chameunię. huc illucq. discursus. pegrinę. susceptio. defensio paupe
rū. istantia orationū & pseuerantia. uisitatio languentiū. labor
manuū. unde prebeant elemosinę. Et ne sermone longi trahā. can
cta quę p corpus exercentur fracto corpore minora fiunt. Nec hoc di
co quod in iuuenib. tadhuc solidioris ętatis hs dūtaxat qui labore
tardissimo studio uitę quoq. scīmonia. & orationis ad dīm
frequentia saeptiā obscuri fit. frigent sapientia. quę in plerisq. sen
b. ętate marcescit. s. qd adolescentia multa corporis sustinet bella.